tie intelligentiā.Groſſi enim dicūtur fructus īmaturi.hoc
ergo factū eſt:audita voce turturis/id eſt ſpiritus ſancti ꝛc.
⌊Uinee florentes⌋ideſt congregationes fideliū in primitiua
eccleſia⌊florentes⌋id eſt credere incipiētes⌊dederūt odorem
ſuum⌋id eſt famā ſancte conuerſationis. ſicut alibi.Chriſti
bonus odor ſumus.Ex quo igitur tanta eſt oportunitas p̄-
dicandi⌊Surge amica mea⌋que amas me ſi paueris oues
meas/ſicut dictū eſt de Petro⌊ſpecioſa mea.columba mea/
et veni⌋ſcilicet gradiēdo propria:et nō coacta voluntate⌊in
foraminibuſ petre⌋id eſt in fide vulneꝝ xp̄i.De quo.i.coꝝ.i.
petra autē erat xp̄us⌊in cauerna macerie⌋id eſt in fide ſan
ccati/ et foſſi lateris ſaluatoris.Uel⌊in foraminibus petre/
in cauerna macerie⌋id eſt foraminoſa et cauernoſa predica-
tione apoſtoloꝝ.i.inculta ꝑ ſapientiā mūdi et reputata ſtul-

ta apud mundū. Vel poteſt cōſtrui littera[ O amica ꝛc̃ ]q̄ ha
bitas[ in foraminibus ꝛc. ]et exponatur ut prius. ¶ Sequi
tur[ Oſtende michi ꝛc̃. ]xp̄us eni primo cepit facere: deinde
docere Actuū. i. et idē docet eccl̄ia dicens [ Oñde michi faciē
tuā ]ſcilicet in bona operatione[ et ſonet vox tua in auribus
meis ]ſcilicet in iſta p̄dicatione. Et dicit[ oñde michi ]ut pro
pter deum nō propter mundū fiat p̄dicatio. Dicit etiā[ in au
ribus meis ]. i. non in auribus hoīm. ut propter coꝝ fauorē
fiat predicatio. Vel[ in auribus meis ]id eſt meoꝝ: non canū
vel porcorū. de quibus dicitur. Nolite ſanctū dare canib⁹ ꝛc.
Mathei vii. vel aīe peccatrici dici poteſt[ Oſtende michi fa-
ciem tuā ]quā tibi dedi immaculatā: et tū eam peccatoꝝ tur
pitudine maculaſti[ oſtende ]inquā [ michi ]vel vicario meo
ſpirituali p̱ confeſſionē[ ſonet vox tua ]ſcilicet vox quiq; par
tita/ id eſt vox cōfeſſionis. laudis. orationis. doctrine. p̄dica
tionis. hec enim ſunt quiq; verba apl̄i. i. coꝝ. xiiii.[ auribus
meis ]id eſt auribus miſericordie. clementie/ et cōpaſſionis.
quia[ vox ei tua dulcis ]quia laudē meā reſonat[ Et facies
tua decora ]id eſt intentio. operatio. cōſcientia vel vita[ deco
ra ]ſcilicet. q2 voci conſona. aliter nō bene cōcordaret pſal-
mus cū cythara. voci ergo conſona. moribus ornata/ et pri
ſtine pulchritudini reſtituta. ¶ Quia vero nō ſufficit docto
ribus et prelatis vitam bonā oſtēdere. p̄dicationē docere: niſi
et errantes corrigant/ et maliuolos compeſcant. ideo ſubdit
[ capite nobis ]. ſ. retibus doctrine/ et venabulis diſputatōis
[ nobis ]nō vobis/ id eſt ad laudē noſtrā et gloriā diuinā: nō
ad laudē veſtrā et vanā gloriā humanā [ vulpes paruulas ]
id eſt hereticos et ſciſmaticos callidos et cautos[ paruulas ]
. i. dum paruule ſunt in malicia ꝛ fraude: ne maiores effecte
plus noceāt. Vel[ paruulas ]p̱ ſimulationē ſimplicitatis/ et
humilitatis[ que demoliūtur vineas ]id eſt eccleſias rodunt
et corrūpunt[ Nā vinea noſtra floruit ]et ideo florenti vinee
ſunt nociue.

¶ Octaua pars.

d Ilectus ꝛc.]Vox eſt ſponſe ad adoleſcētulas:ſuā obedi
entiā oſtendētis.quaſi diceret[dilectus meus michi]
ſupple p̄cipit.ut ego ſurgam de vita cōtemplatiua ad actiuā
[et ego illi]ſupple obedio.Vel dilectus meus michi]ſupple
adiuuat p̄ueniēdo[et ego illi]adiuuo cooperādo.iuxta illud
Dei adiutores ſumus. Vel dic ſicut gloſa.Et q̄ſi aliquis que
reret quare ita ſponſa ſponſo obediat.reſpondet[qui paſcit̄
inter lilia][qui]id eſt q2 ipe[paſcitur]id eſt delectatur[inter
lilia]id eſt inter humiles et obediētes.vel lilia virtutes ſunt
in quibus dilectus paſcit et paſcitur[donec aſpiret dies]id ē
donec clareſcat dies eternitatis[et inclinētur vmbre].i.tran
ſeant omnes hereſes et errores. Vel[umbre]dicūtur reprobi
qui inclinabūtur in infernū.et tūc aſpirabit dies eternitatis
ipſis beatis. Nona Pars.
z Euertere]Vox eſt ſponſe vidētis ſe inſufficientē ad ea
que iubētur facere:niſi aſſit ſpeciale adiutoriū ſponſi.
quaſi diceret.ſine te nichil poſſum.ideo[reuertere]adiuuādo
me p̄ gratiā tuā[ſimilis eſto dilecte mi capree]propter acu-
tiē viſus[hynnuloq3 ceruoꝝ]propter agilitatē curſus[reuer
tere]inquā[ſup̄ montes Bethel]id eſt in excelſis mētibus p̄
fectoꝝ conſcende.qui ſunt bethel/id eſt domus conſurgens/
vel domus vigilie/vel domus dei.quaſi diceret. Licet diſce
dā a te:dimittēdo pauliſper ꝯtemplatiuā tui propter actiuā
et conſolatiuā proximi.tamen ex toto nō diſcedo:ſed[reuer
tere]aſſiſtendo michi.illuminādo me/et velociter adiuuan-
do. Capitulū tertiū.
i N lectulo]Hoc eſt tertiū capitulū huius libri.qđ con-
tinet quinq3 p̄tes.In quaꝝ p̄ria hec verboꝝ ſeries cōti-
netur[In lectulo meo ꝛc̄]Et eſt vox ecc̄ie de gētibus:
deſideriū qđ ante ꝯuerſionē habuit exp̄rimētis[i lectulo ꝛc]
.i.in amore mūdi.vł in voluptate carnis.vł in ocio quietis
a ſtrepitu mūdi.qđ dicitur p̄pter phōs gentiles[queſiui]ſci
licet ducatu rōnis naturalis[quē diligit aīa mea]naturali
dilectione[p̄ noctes]id eſt p̄ phiſicas rationes/vel per crea-

turas. vel in noctibus peccati.erroꝛis.ignoꝛantie/et aduer=
ſitatis exiſtens⌊queſiui ⌋multotiens⌊et nõ inueni ⌋qꝛ nõ re=
cte vel nõ vbi erat ĩueniẽdus querebã. vel quia nec angelus
nec pꝛopheta nec doctoꝛ michi lumen fidei reuelauit. Fides
enĩ ex auditu eſt ſcd̃m apoſtolũ. Et iõ dixi amico meo⌊Sur
gam ⌋ſcꝫ a triplici lecto pꝛedicto. ſcꝫ mũdi/carnis/et quietis
⌊et circuibo ciuitatẽ ⌋id eſt eccleſiã⌊per vicos et plateas ⌋Vi
ci ſunt ſpirituales viri. qui dũ ad celeſtia gradiuntur: angu=
ſtã viã tenent. Platee vero ſunt ſeculares qui malas volun=
tates ſequntur/et lata via incedunt: per vtroſqꝫ igitur cir=
cuit/ſcd̃m gloſam ⌊Querã quẽ diligit aĩa mea ⌋id eſt querã
ſi ſit ibi aliquis qui ſit ille: vel qui ſciat me docere qualiter de
beat inueniri⌊queſiui et nõ ĩueni ⌋id eſt plurimo laboꝛe: mũ
do peragrato. ſapientiũ verbis diſcuſſis: nichil certũ habe=
re potui de via veritatis ⌊Inuenerunt me cuſtodes ciuita=
tis ⌋id eſt cuſtodes eccleſie inuenerũt me. id eſt ad fidẽ ꝯuerte
runt. Philippus enĩ eunuchũ inuenit. Actuũ. viii. et petrus
coꝛneliũ. Actuũ. x.⌊Cuſtodes ⌋ergo⌊ciuitatis ĩuenerũt me ⌋
et tunc dixi eis⌊Nũ ⌋id eſt nũquid ⌊quẽ diligit aĩa mea vidi
ſti ⌋ſcꝫ in ſcripturis. in creaturis / vel potius in fide et inſpi=
ratione⌊Paululũ ⌋id eſt paulo poſt ⌊cum pertrãſiſſem eos ⌋
id eſt cum facta et dicta eoꝝ percurriſſem⌊inueni quẽ diligit
aĩa mea ⌋quia ꝙ cito aliquis deũ vero intuitu inquirit: ſta=
tim eum inuenit⌊tenui illum ⌋in manu fidei⌊nec dimittã ⌋
ſcilicet eũ vel fidẽ eius ⌊donec introducã illum in domũ ma
tris mee ⌋id eſt in collectionẽ ſynagoge. quod erit in fine ſe=
culi. quãdo reliquie eoꝝ ſalue fient. Vel poſſet exponi moꝛa
liter de lectulo religionis. et de ciuitate ſecularitatis ꝛc̃. Vel
de lectulo ſtudii et lectionis et de ciuitate moꝛalis operatõis
et cetera.

¶ Secunda Pars

a Diuro vos ꝛc̃ ⌋hec eſt vox ſpõſi ad adoleſcẽtulas. Vn
de ſponſus perſpiciens ſponſe obedientiã et auiditatẽ
alios cõuertẽdi: vt citius et liberius hoc fieri poſſit: adiurat

filias ieruſalē.i.iudeos nouiter cōuerſos.vel iudeos qui ec-
cleſiā de gētibus pceſſerūt:ut ſponſe nō parēt impedimentū
Et poteſt iſte verſus pportionabiliter exponi ſicut prius:nō
tñ inutiliter repetitur ut dicit gloſa. ¶Tertia pars.

q Ue eſt iſta ] hec eſt vox eccie de iudeis videntis ecciam
de gētibus de deſerto idolatrie ad alta virtutū et ſpō-
ſi amplexus aſcendere. Vñ ſup hoc gaudēs admiratur:et di
cit[ Que eſt iſta ]id eſt quāta laude digna[ que aſcēdit ]ſcilicet
de vanitate ad veritatem.de vitiis ad virtutes.de virtute in
virtutē[ p deſertū ]id eſt p mediū gentiū deſertaꝝ a gratia et
veritate.Vel[ p deſertū ]id eſt per mundū [ ſicut virgula fu-
mi ]id eſt ad inſtar virgule et fumi aſcēdentis/et habētis fi-
guram virge fumi[ fumi ]in quā ſacri[ ex aromatibus mir
re et thuris/et vniuerſi pulueris pigmētarii ] ¶Ubi notan
dū ꝙ hec eccia virgule cōparatur.qꝛ erecta eſt in intentione.
erecta in ſpe.fragilis pauptate.flexibilis manſuetudie. Itē
fumo cōparatur.qꝛ calida in amore.leuis ſine peccatoꝝ pon
dere/et aſcendens in cōtemplatione.Itē fumo cōparatur. qꝛ
fumns eodē tpe partim inferius oritur/et ſupius moritur:
ita eccia partim in quibuſdā gignitur/ et in aliis ad celeſtia
colligitur.et qꝫto magis aſcendit in cognitione dei:tāto ma
gis nichil efficit in cōſideratione ſui ſicut fumus ꝛc.Hic autē
mirra penitentiā ſignificat.que vermes motuū carnaliū ne
cat:et animā a corruptione peccati ſeruat. Thus vero ora-
tionē deſignat:que in conſpectu dei redolet et fragrat. Uni-
uerſitas autē pulueris pigmētarii vniuerſitatē virtutū no-
tat.patet ergo miſteriū. ¶Poteſt etiā hoc moraliter expo-
ni de aſcenſu anime penitentis/ et ad alta virtutum p deſer-
tum penitētie aſcendentis.Vel de aſcenſu glorioſe virginis.
et eſt planū. ¶Quarta pars.

e N lectulū ] hec eſt vox eccleſie de gentibus reſponden-
tis ad illam queſtionē.que eſt iſta?ꝛc.Vñ qꝛ eccia de iu
deis aſcenſum eccie de gentibus admiratur:querens.que eſt

iſta et cetera. ideo ad hanc queſtionē reſpondet ipſa gentili-
tas determinans quo aſcēdat. ſcꝫ ad lectulū ſalomonis dicēs
⌊En lectulū⌋ id eſt me effectā lectulū⌊ſalomonis⌋ id ē xp̄i ve
ri pacifici. ⌊ſexaginti foꝛtes⌋ id eſt vniuerſi pꝛedicatoꝛes/foꝛ
tes ad onera et ad pugnā. vel⌊ſexaginta⌋ id eſt ſex operū mi
ſericoꝛdie et decalogi impletione perfecti⌊ambiunt⌋ ſcꝫ con
tra incurſus hoſtiū. ⌊ex foꝛtibus iſrael⌋ id eſt ex perfectioꝛi-
bus cōtemplatiuis: qui ad dei viſionē ſeu cognitionē labo-
rant⌊qui ſūt tenētes gladios⌋ ſcilicet tres gladios. Pꝛimus
eſt gladius doctrine. ſcꝫ ſpūs. qđ eſt verbū dei. ephe. vi. cōtra
hoſtes et aduerſarios veritatis. Secundus eſt gladius diſci
pline. cōtra motus temptatiōis carnalis/et rebelliones ſen
ſualitatis. Tercius eſt gladius poteſtatis iudiciarie: qui eſt
pꝛincipum et pꝛelatoꝝ: cōtra hoſtes iuſticie et equitatis⌊Et
ad bella doctiſſimi⌋ ſcientia docti. ſapientia doctioꝛes/et ex-
periētia doctiſſimi⌊vniuſcuiuſqꝫ enſis ſuper femur ſuū⌋ ſcꝫ
ad repellendū pꝛompte hoſtiū nocumenta⌊pꝛopter timoꝛes
nocturnos⌋ id eſt tēptationes occultas. vel peccata ignoꝛan
tie. vel temptatiōes carnis: que maxime de nocte infeſtant.
¶ Sequitur⌊Ferculū fecit ſibi⌋ Ferculū iſtud dicitur a fe-
ro fers. et ē idē qđ vehiculū vel currus vel cathedꝛa vel thꝛo
nus. Unde notandū eſt ꝙ eccīa pꝛius cōparata fuit virgule:
pꝛopter deuotionē oꝛantiū. ſcđo lectulo: pꝛopter quietē cōtē-
plantiū. tercio nunc cōparatur ferculo: pꝛopter diſcurſū p̄di
cātiū. Dicit ergo⌊Ferculū fecit ſibi⌋ Quaſi diceret. Non eſt
ex me ſi aſcendero: ſed ex deo. quia⌊rex ſalomon⌋ rex pacifi-
cus et amabilis dño id ē xp̄s⌊fecit ſibi ferculū⌋ quo feratur
per mundū⌊de lignis libani⌋ id eſt de gētibus pꝛimo aridis
et infructuoſis: ſed poſtea foꝛtibus/patientia. celſis ſapien-
tia. pꝛecioſis tēperantia. odoꝛiferis fama. imputribilibꝰ per
ſeuerantia. candidatis innocentia⌊colūnas eius fecit argen
teas⌋ id eſt pꝛelatos et doctoꝛes. altos per ſapiētiā. rectos per
iuſticiā. foꝛtes per conſtantiā. alios poꝛtātes per cōpaſſionē

et miſericordiã: ſicut argentũ per ſacre ſcripture doctrinã
et eloquẽtiã⌊ Reclinatoriũ aureũ⌋ id eſt ſpeculatores ꝛc. vide
gloſam⌊ aſcenſum purpureum⌋ id eſt martyres ꝛc. vide glo
ſam⌊ media caritate cõſtrauit⌋ id ẽ huiuſmodi martyres af
fligi et mori permiſit mediante caritate. et hoc totũ factum
eſt⌊ propter filias ieruſalẽ⌋ id eſt propter infirmos de eccl'ia
cõfirmandos: quos filias vocat nõ filios. Vel⌊ media⌋ po-
teſt eſſe accuſatiui caſus. et tunc exponat̃ ſicut gloſa. ¶ Vel
de beata virgine poteſt dici⌊ Ferculũ fecit ſibi rex ſalomon⌋
id eſt beatã virginẽ que eũ geſtauit⌊ de lignis libani⌋ id eſt de
mẽbris imputrifactibilib⁹ omni puritate cãdidiſſimis⌊ co-
lumnas eius fecit argenteas⌋ id eſt virtutes eius⌊ fecit ar-
gẽteas⌋ per lucentiã bone fame⌊ reclinatoriũ aureum⌋ id eſt
virginis vterũ precioſũ. vel ideo aureũ. quia diuitiis ſapien
tie repletũ⌊ aſcenſũ purpureũ⌋ quia ipſa in celũ aſcẽdit/nec
tamen expers fuit martyrii⌊ Media⌋ id eſt cor ei⁹⌊ caritate
cõſtrauit⌋ id eſt decorauit⌊ propter filias ieruſalem⌋ id eſt vt
eam imitando poſſint ſecũ aſcẽdere/et videre regẽ ſalomo
nem in dyademate ſuo. ¶ Quinta pars.

e Gredimini⌋ hec eſt vox eccleſie gentiũ ad incredulos
de iudeis/dicens⌊ O filie ſpon⌋ id eſt patriachaꝝ et ꝓ
phetaꝝ⌊ egredimini⌋ ab ignorãtia infidelitatis. a carnali in
telligentia legis. a carcere peccati⌊ et videte⌋ viſu fidei⌊ regẽ
ſalomonẽ⌋ id eſt xp̃m⌊ in dyademate⌋ id eſt carne pura et inte
gra⌊ quo coronauit eũ⌋ id eſt circũdedit eũ⌊ mater ſua⌋ id eſt
maria. hiere. xxxi. Nouũ faciet dñs ſup terrã. mulier circũ-
dabit virũ ꝛc.⌊ In die deſponſationis illius⌋ id eſt in die in-
carnationis. qñ ſibi naturã humanã/quaſi ſponſam ſocia-
uit⌊ et in die leticie cordis eius⌋ id eſt incarnationis qua fuit
marie ineffabile gaudiũ/et cetera. ¶ Capitulũ quartũ.

q Vam pulchra⌋ hoc eſt capitulum quartũ huius libri.
quod cõtinet octo partes. Quarũ prima eſt vox ſpõſi.
eccleſiã de gẽtib⁹ multipliciter ꝯmẽdãtis. et ei⁹ pulchritudinẽ

admirabilem oſtendentis.et dicit.O amica mea⌊ ꝙ pulchra
es ⌋operatione⌊ ꝙ pulchra ⌋predicatiõe⌊ oculi tui colũbarũ ⌋
id eſt doctores et prelati ſimplices ſunt et ſpirituales et fluẽ
tis ſcripturarũ inſiſtentes⌊ abſq; eo quod intrinſecus latet ⌋
id eſt abſq; intentiõe cordis: que ſoli deo patet. vel abſq; vir-
tutũ interioꝝ pulchritudine que hoĩes latet. vel abſq; eterne
retributiõis claritate: que modo nõ videtur nec apparet⌊ ca
pilli tui ⌋id eſt fideles et graciles humilitate. molles mãſue-
tudine: xp̃o capite adherentes fide/ ſpe/ et caritate⌊ ſicut gre
ges caprarũ ⌋ in velocitate operis. aſcenſu cõtemplationis.
deſcenſu cõpaſſiõis. et electione paſtus melioris ⌊ que aſcẽde
runt de monte galaad ⌋id eſt de monte ſcripture ſacre. vbi eſt
aceruus teſtimonioꝝ de promiſſiõe premioꝝ bonis/ et de cõ
minatiõe ſupplicioꝝ malis. Vel⌊ mons galaad ⌋ eſt xp̃s. cui
atteſtatur multitudo martyrũ. Martyr enĩ et teſtis idẽ ſunt
et de hoc monte/ id eſt de fide et virtute eius. aſcenderũt oẽs
penitentes ab imo vicioꝝ ad alta virtutũ⌊ Dentes tui ⌋id eſt
predicatores. puritate candidi/ fortitudine oſſei. caritate cõ-
iuncti. iuſtitia ordinati. cõſtantia et ſtabilitate immobiles. q̇
peccata rodunt. ſcripturas cõterũt. alios in corpus eccl̃ie tra
hunt. hii ſunt⌊ ſicut greges tonſaꝝ q̄ aſcẽderũt de lauachro ⌋
id eſt ſicut greges cõcordes/ vnanimes/ ſimplices/ et innocẽ
tes. tonſi. quia ſuperflua ſponte relinquẽtes. de lauachro/ ſcꝫ
baptiſmatis. aſcendentes de virtute in virtutẽ⌊ omẽs ⌋ſcili-
cet tam oculi tam capilli ꝙ dentes. id eſt maiores/ minores/
et mediocres⌊ gemellis fetibus ⌋id eſt habent gemellos fetꝰ/
id eſt habẽt opera cõſimilia. vel tales reddũt alios quales ip
ſi ſunt. vel⌊ gemelli fetus ⌋ſunt opera actiue et contẽplatiue
vel cõuerſi de vtroq; populo ⌊ et ſterilis nõ ẽ iter illas ⌋.i. ali
quis infecũdus: q̇ ſibi ⁊ aliis nõ ꝓficiat. Nota ibidẽ glo.⌊ Si
cut vitta coccinea labia tua ⌋labia ſpõſe p̄dicatores ſunt. q̇ et
oculi et dentes dicti ſunt. tñ proprie oculi ſũt prelati eccleſie:
qui eccleſie preuidẽt. dentes expoſitores ſcripturarũ: qui ſcri

pturã ſacrã terunt. et labia predicatores / qui attritã aliis af
flãt. Hii ſunt ergo [ ſicut vitta ] quia capillos id eſt cogitatio
nes ſuas vel alioꝝ vel fideles reſtringunt ne effluãt in opus
malũ. et ne operiãt oculos ne deũ videãt [ coccinea ] dicitur.
quia circa rubore͂ paſſionis predicatio coꝝ uerſatur. et ex ar
dore caritatis procedit [ et eloquiũ tuũ dulce ] id eſt predicatio
tua dulcis. q2 de dulci fonte procedit. et nichil reſonat niſi dul
ce [ Sicut fragme͂ malipunici ita gene tue ⁊c͂ ] Gene eccleſie
ſunt prelati. qui ſunt facies et decor eccleſie ſi ſint boni . et ſi
cut in genis pudor apparet. ſic ipſos debet pudere de malis
operibus ſi q̃ fiãt [ fragminis aũt malipunici ] quedã pars
albet et alia rubet. ſic et illi cãdore͂ habe͂t per ĩnoce͂tiã. et ru=
bore͂ p martyrii ſi op9 e͂ promptã tollerãtiã [ abſqz eo q̃ ĩtrin
ſecus latet ] Exponatur ſicut ſupra ĩ pricipio capli. ¶ Seq̃
tur [ Sicut turris dauid collũ tuũ ] Collũ eccie ſũt xpi pdi=
catores. per quos nutrime͂tum a capite xpo in corpus eccie
trahitur / qui turri cõparatur. ꝓpter fortitudine͂ et refugiũ.
et ꝓpter vite et ſcie emine͂tiã. que turris ſi caperetur tota ci=
uitas eccl'ie facile expugnaretur [ Turris dauid ] id eſt xpi.
et a xpo [ edificata eſt cũ propugnaculis ] id eſt ſcripturaꝝ ſen
tentiis. eccl'ie ſacrame͂tis. et ſãctoꝝ miraculis ⁊ exe͂plis [ Mil
le clipei ] id eſt tota deuotio et ſancta [ pende͂t ex ea ] ſcz tripli=
citer: docume͂to. exemplo. et patrocinio. et depe͂det ex ea [ oĩs
armatura fortiũ ] id eſt oĩs inſtructio verbi et exe͂pli. Vel mo
raliter. Collũ aĩe eſt caritas per quã vitalis flatus recipitur
a deo / et emittitur ad vtilitate͂ ꝓximi. que turris dicitur ꝓ=
pter altitudine͂ / rectitudine͂ / et fortitudine͂. et ex ea [ depede͂t
mille clipei ] id eſt oĩa ſacra eloquia. Nã ex ea pende͂t vniuer
ſa lex et prophete. Ma. xxii. Vel [ mille clipei ] id eſt vniuerſe
virtutes quib9 ꝓtegimur [ et oĩs armatura fortiũ ] id eſt oe͂s
virtutes quibus hoſtes impugnantur. ¶ Sequitur [ Duo
vbera tua ] ¶ Hic eſt notandũ quod dicit gloſa [ Vbera ] er=
go predicatores ſunt. q2 paruulis ĩ xpo lac doctrine infũdũt

⌊duo⌋ pꝛopter geminã caritatẽ ad deũ et ꝓximũ. vel duo ꝓpter vitã et ſcientiã⌊ſicut duo hynnuli capꝛee⌋quia perſpicaces viſu. veloces curſu in arduis habitãtes. melioꝛa paſcua querentes⌊gemelli⌋qꝛ eodẽ tp̃e ſcꝫ tp̃e gratie. ab eodẽ patre et eadẽ matre id eſt deo et gratia generati⌊qui paſcuntur in liliis⌋.i. in ſcripturis ſacris et ſanctoꝝ exẽplis⌊donec aſpiret dies⌋ſcꝫ eternitatis⌊et iclinẽtur vmbꝛe⌋ſcꝫ infidelitatis. qꝛ tũc nõ habebũt neceſſe docere vel doceri. ¶ Scd̃a Pars

v Vadam ad montẽ mirre⌋hec eſt vox ſpõſi. Unde poſtꝙ ipſe poſuit ſpõſe cõmendationẽ: nunc ponit eius cõſolationẽ dicens⌊Vadam ad montẽ mirre⌋id eſt carnẽ moꝛtificantibus/ conſolationẽ impendã⌊et ad collẽ turris⌋deuotis maioꝛẽ gratiã et deuotionẽ cõferã. ¶ Hic autẽ notãdũ. ꝙ mons altioꝛ eſt colle. et ita penitẽtia vel amaritudo ſublimioꝛ eſt deuotionis ſuauitate. Secundo notandũ pꝛo miſterio huius littere. ꝙ pꝛimo eſt vallis mirre id eſt amaritudo pꝛo exigẽtia culpe. ſcd̃o eſt campus mirre id eſt amaritudo pꝛo zelo iuſtitie. tertio eſt collis mirre. pꝛo cuſtodia innocentie. quarto eſt mons mirre: pꝛo deſiderio celeſtis patrie. Non autẽ peruenitur in hunc montẽ/ niſi pꝛimo trãſeundo vallẽ campũ ⁊ collẽ/ id eſt nõ venitur ad gaudiũ celeſtis patrie niſi per penitẽtiã culpe. zelũ iuſticie. et cuſtodiã innocẽtie. Similiter etiã dici poſſet de thure/ ſcilicet ꝙ pꝛimo eſt vallis thuris id eſt orõ ꝓ dimiſſiõe culpe. ſcd̃o ẽ cãpus thuris. i. oꝛatio pꝛo collatõe grẽ. tercio eſt collis thuris. i. oꝛatio ꝓ virtute perſeuerãtie. quarto eſt mõs thuris. i. oꝛatio ꝓ largitiõe gloꝛie. Sponſus aũt hic in p̃ſenti nõ venit niſi vſqꝫ ad collẽ thuris Ideo dicit⌊et ad collẽ thuris⌋et in futuro veniet ad montẽ thuris. i. gloꝛie largitionẽ. ¶ Itẽ poteſt exponi de beata virgine et tũc dicemus. ꝙ vallis mirre fuit marie humilitas. collis mirre: vite ſãctitas. mõs mirre martyrii ſublimitas. ſed collis thuris pꝛemii ſuauitas. Ad pꝛimũ venit ſponſus in incarnatiõe, ad ſcd̃m in ſancta mũdi cõuerſatione. ad ter

tium in ſua paſſiōe. ad quartū vero in ſua aſcēſione.

t Ota pulchra es amica mea ] Vox ¶ Tercia Pars. eſt ſponſi: pulchritudinē ſponſe generaliter cōcludentis. Dixerat enī pulchritudinē diuerſorꝝ membrorꝝ: nunc vero generaliter dicit [ Tota pulchra ꝛc̃ ] quaſi diceret. Non ſolū in mēbris p̄dictis pulchra es. ſed etiā in omnibꝰ aliis. nec ſolū mēbra pulchra ſunt. ſed etiā pulchre et decenter ad inuicem ſunt coniuncta. et ideo [ tota pulchra ꝛc̃ ] [ et macula nō eſt in te ] id eſt criminalis culpa. ſponſa enī nō habet maculā neqꝫ rugā. qm̄ ſponſus maculā ſuo ſanguine lauit/ et rugaꝫ crucis extētiōe deleuit. nunc vero eſt abſqꝫ macula. q꞉ nec eſt cecitas in intellectu. nec impuritas in affectu. nec vanitas in effectu. et abſqꝫ ruga. q꞉ nec eſt duplicitas ī verbo vel affatu.

v Eni de libano ſponſa mea. veni ¶ Quarta Pars. de libano. veni coronaberis ] hec eſt vox ſponſi/ ſponſam vt ad ſe veniat exhortantis. Quaſi diceret. Prius dixi [ vadā ꝛc̃ ] et ideo debes venire ad me. Igitur [ veni ] Ter autē dicit [ veni ] propter fidem trinitatis. Vel veni corde/ veni ore/ veni opere. Vel [ veni ] fide ſpe et caritate. Qd̓ autē libanus bis dicitur notat ipſius duplicē cādorē. Libanus enī interp̄tatur candor. Primū ergo refertur ad cādorē ꝯſcientie et intentionis. Secundū ad candorē vite et operatiōis. Nota hic qd̓ dicit gloſa de libano monte. ¶ Sequitur [ de capite amana. de vertice ſanyr et hermon ] Iſtud dupliciter poteſt exponi. Vel [ veni de capite amana ꝛ cetera ]. [ veni de vertice ſanyr ꝛc̃ ] Vel [ veni et coronaberis de vertice ꝛc. ¶ Eſt autē hic notandū: ꝙ amana ſanyr et hermon. ſūt mōtes in quibꝰ habitant diuerſe beſtie cōuerſantes: q̄ peccata diuerſa ſignāt ſcd̓m ſuas iterpretatiōes [ amana ] enī interpretat̃ inquietꝰ: et ſignat ſuperbiā [ Sanyr ] id eſt fetor: et ſignat luxuriā. hermon id ē anathema: et ſignat auariciā. q꞉ ſe ꝛ ſua a proximoꝝ cōmunione auarus ſeparat. De hiis ergo vocat̃ ſponſa vt veniat relinquēdo pctā/ et veniēdo ad pniaꝫ ꝛ veniā ſpōſi. Et

⌊de cubilibus leonū⌋ id eſt de habitaculis demonū. que ſunt corda ſordida per peccatū. ⌊et de montibus pardorū⌋ id eſt de hiis que nō ſolū ſūt habitacula demonū / ſed etiā ſunt aliis alta refugia: vt male faciāt. De his ergo locis iubetur ecclia venire ſcdm primū ſenſū littere. ¶ Vel iuxta ſcdm ſēſū dici poterit ⌊coronaberis de vertice amana ꝛc̄⌋ Nā predicatores dū illos malos de quibus dictū ē cōuertunt. tales cōuerſi corona eoꝝ fiūt. ſcdm aplm. i. thi. ii. Spōſa igitur primo fuit coronata ſtellis ſcʒ aplis. ſcdo ſpinis id eſt iudeis i roſas conuerſis. tercio de gētibus vicioſis / et poſtea cōuerſis. et hoc eſt ⌊de vertice amana ꝛc.⌋ quarto de mūdi ſeductoribꝰ et perſecutoribꝰ / factis tn̄ predicatoribus. ſicut patuit in paulo. et hoc eſt ⌊de cubilibus leonū⌋ quinto de mūdi principibꝰ obedientibus. et hoc eſt de mōtibus pardoꝝ. ſexto coronanda eſt gloria in honore. qn̄ verus aſſuerus capiti heſter dyadema regni imponet. Veni igitur et coronaberis de iſtis. vel iſtis ſeptē modis. et hoc iuxta ſcdm ſenſum. ¶ Quinta Pars.

v Vlneraſti cor meū⌋ hec eſt vox ſponſi amorē ſuū oſtendentis. ac per hoc ſponſaʒ vt ad ſe cicius veniat exhortantis dicens ⌊Vulneraſti cor meū⌋ qr pro amore tuo carneʒ aſſumpſi et morteʒ ſubii ⌊ſoror mea⌋ quia coheres regni tui ⌊ſponſa⌋ ſcʒ per arrā fidei ⌊vulneraſti cor meū⌋ bis autē dicitur vulneraſti. et per hoc intelligit duplex vulnus / ſcʒ vulnꝰ doloris et vulnus amoris. vel vulnus paſſionis et vulnus cōpaſſionis ⌊in vno oculoꝝ tuoꝝ⌋ id eſt in vnitate predicantiū. qui oēs idē docēt. idem amāt. idē querūt. Vel vnus oculus eſt cetus contemplantiū: qui vnā petunt a dn̄o. Alter vero oculus ſcʒ ſiniſter / eſt cetus actiuorū et tēporaliū. Vel vnꝰ oculus. cetus audientiū / quibus eſt cor vnū et aīa vna ⌊Et in vno crine colli tui⌋ id eſt in vnitate intentionis.

¶ Sexta Pars.

q Vam pulchre ſunt mamme tue ſoror mea ſponſa⌋ hec eſt vox ſponſi iterū pulchritudinē ſponſe cōmēdantis

Ubi ſciendum eſt. ꝙ mamme ſponſi poſſunt intelligi mino-
res doctoꝛes: qui lac ſimplicis doctrine paruulis pꝛopinãt.
et cũ mãme indecentes videri ſoleãt pꝛopter groſſiciẽ. plus
tamen placet ſponſo groſſicies ſimplicis doctrine ꝙ̃ ſubtili
tas. ideo laudat mammas dicens ⌊ ꝙ̃ pulchꝛe ſunt mamme
tue ⁊c. ⌋ ⌊ Pulchꝛioꝛa ſunt vbera tua vino ⌋ ſcꝫ lac qđ fluit ab
vberibus ſcꝫ ſimplex doctrina magis cõpetit paruulis: ꝙ̃
vinũ ſubtilitatis. Et nota verbũ gloſe hic ⌊ et odoꝛ vngento
rũ tuoꝝ ſuper oĩa aromata ⌋ id eſt fama fidei ſpiritualiũ que
ex caritate pꝛocedit et virtutũ: ſuperat omnẽ delectationem
terrenã. Uel dic ſicut gloſa. ⌊ Fauus diſtillans labia tua ſpõ
ſa ⌋ id eſt ſacra eloq̃a. Dic cõſequenter ſicut gloſa ⌊ mel et lac
ſub lingua tua ⌋ id eſt ſermo tuus dulcioꝛ ẽ omni lacte et mel
le ⌊ et odoꝛ veſtimentoꝝ tuoꝝ ⌋ id eſt fama operũ ⌊ ſicut odoꝛ
thuris ⌋ id eſt ſicut virtus oꝛationis. vel veſtimẽta ſpõſe ſũt
electi et cetera. ¶ Septima Pars.

o Rtus cõcluſus ſoroꝛ mea ſpõſa / oꝛtus cõcluſus ⌋ Uox
eſt ſponſi: ſponſe pulchꝛitudinẽ aliter ꝙ̃ pꝛius deſcri-
bentis. Comparauerat enĩ eam mulieri foꝛmoſe: nunc oꝛto
ſeu culture fructuoſe. et cauſã vide in gloſa. Dicit ergo ⌊ Oꝛ
tus cõcluſus ⁊c. ⌋ et bis dicit ⌊ oꝛtus ⌋ de quo vide gloſã. et qua
re ⌊ concluſus ⌋ vide ibidẽ. Eſt autẽ hic notandũ / ꝙ oꝛtus iſte
eſt ille quẽ plãtauit dñs ab initio. Geñ. pꝛimo. in quo ſingu
le plante cũ diuerſis arboꝛibus diuerſi ſunt ſancti. Lignum
autẽ vite xp̃s eſt: ſed lignũ ſcientie vite boni et mali ſunt do
ctoꝛes qui habẽt ſcientiã boni et mali. ¶ In hoc igitur oꝛto
ſunt diuerſe arboꝛes. Sunt enĩ ibi palme / id eſt cõſtantes et
victorioſi. cedꝛi / id eſt humiles et timoꝛati. oliue / id eſt miſe
ricoꝛdes ⁊ pii. amigdali / id eſt illi qui ſunt in fructu ſolidi. et
alie innumerabiles arboꝛes pꝛecioſe / id eſt diuerſi virtuoſi.
Ibi etiã ſunt aues. Nam hic ſunt alaude / id eſt alte laudãtes.
philomene / id eſt amoꝛe languẽtes. dicuntur enim a philos
amoꝛ / et mene defect⁹: qꝛ ⁊c. cigni / id eſt pꝛopter xp̃m diſſolui

cupientes.coꝛui/ id eſt prophete ſub obſcuritatis nigredine
futura pꝛeſtolātes.ergo⌊ oꝛtus cōcluſus ₇c. ⌋ ſed etiā ⌋fons ſi
gnatus ⌋quia cōtinet plenitudinē aquarū viuentiū.fons a-
que/ id eſt doctrine ſaliētis ī vitā eternam Jo.iiii⌊ ſignatus ⌋
quia nemo hunc fontē aperit:niſi qui habet clauē dauid. vel
dicendū ſicut gloſa dicit. ¶ Sequitur⌊ Emiſſiones tue ⌋ E
miſſiones pꝛopꝛie ſūt aquarū et fontiū. Ideo dicit ꝙ emiſſio
nes pꝛedicti fontis ſunt aque multe/ id eſt populi multi. qui
efficientur paradiſus. Vel dicendū ꝙ emiſſiones tue/ id ē po
puli multi. ſūt paradiſus⌊ maloꝛūpunicoꝛū cū pomoꝛū fruc
tibus ⌋ Per malapunica que pꝛimo ponit:intelligit martyꝛ-
res. Per poma vero cōmunia. alii fideles intelligūtur. et hi
omnes ipſum ſponſū delectant velut paradiſus Vel ſūt⌊ pa
radiſus ⌋id ē oꝛtus quietus ₇c. Itē⌊ emiſſiones tue ⌋ſūt⌊ cipꝛi
cū nardo ⌋cypꝛus non capitur hic pꝛo inſula. ſed:pꝛo quadā
arboꝛe aromatica cuius ſemē ē candidū cui adhibetur oleū
et inde efficitur vnguentū regale . per hoc autē ſignificat̃ ca
ſtitas. de qua dicitur ſapiē. iiii . Quā pulchꝛa eſt caſta ge-
neratio cum caritate . Sed quia ex caſtitate plerūqꝫ oꝛitur
tumoꝛ ſuperbie:ideo recte nardus cypꝛo coniungitur. quia
nardus ſpicam habet et aliū fructū nō habet: et humiles ſi-
gnificat. qꝫ cū oīa bene fecerint dicunt. ſerui inutiles ſumus
Cetera que ſequūtur exponātur ſicut gloſa dicit. ¶ Sum
ma autē huius littere eſt : ꝙ eccleſia eſt fons cuius emiſſiōes
ſunt paradiſus / id eſt delectabilis abundantia maloꝛūpuni-
coꝝ et alioꝝ que in littera ponūtur. que oīa ſub variis ſimi-
litudibus et methaphoꝛis. ſignant diuerſas uirtutes. vel di
uerſos virtuoſos de fonte eccleſie per ſacrā doctrinā ſuauiē
emanantes. Et quia ſponſus ſponſā fonti cōparauerat. ad-
huc continuando et declarando quod dixerat ſubdit ⌊ fōs oꝛ
toꝛum ⌋id eſt tu es fons ex quo pꝛocedit aqua lachꝛymarū/
et graciarum per quam irrigātur omnes oꝛti/ id eſt omnes
qui fructum faciunt. ſed non ſolum fōs oꝛtoꝛum :ſed etiam

tu es[ puteus aquarũ viuentium ]id eſt ſpiritualiter viuere facientiũ. Jo.iiii. vide gloſam quare fõs et puteus dicatur. [ que fluũt impetu de libano ]id eſt que fluũt abundanter de monte dei candido. ſcilicet de mõte celeſti. ¶ Octaua pars

ſ Vrge aquilo ]vox eſt ſponſi ſponſã ad patiẽtiã inuitãtis. Jpſius eñi pulchritudinẽ cõmendauerat ſub ſpecie mulieris allicientis formoſitatis. et ſub ſimilitudine orti redolẽtis ſuauitatis. Sed quia ĩ tribulatione formoſitas ſpõſe multũ relucet et ſuauitas multum redolet/ ideo ſponſus ſponſam ſuam ad tribulationum patientiam exhortatur: dicens[ Surge aquilo et veni auſter ]Quaſi diceret[ ſurgat aquilo ]id ē ventus tribulationis. et veniat auſter/ id eſt vẽtꝰ adiutorii ſpiritus ſancti. ſeu diuine cõſolationis[ perfla ortum meũ ]id eſt fideles eccleſie[ vt fluant aromata illius ]id eſt ut ſuauius redoleant fideliũ virtutes/ Vel[ Surge aquilo ]id eſt infer tribulationẽ vel blandiendo vel perſequẽdo et cetera/ ſicut gloſa. Vel diabolus poteſt dici aquilo/ quando temptat per aduerſitatem: et auſter quando per proſperitatem. Similiter ſpiritus ſanctus diceretur aquilo quãdo im mittit timorem: ſed auſter cum accendit amorem. et ſic de vtroqꝫ poteſt littera inteligi et remanet eadem conſtructio et intentio littere.

¶ Capitulũ quintũ.

v Eniat dilectus meus in ortũ ſuũ ] hoc eſt quintũ capitulum huius libri quod cõtinet nouẽ partes. quarꝫ prima eſt vox ſponſe ad ea que ſponſus immediate dixerat reſpondentis Vnde quia eccleſia audiuit ſe temptationibus probandam: ipſa prouiſioni dilecti non cõtradicit. ſed ne ſuperetur: auxilium ipſius querit. qui non patitur temptari ſupra id quod poſſumus. Dicit ergo[ Veniat dilectus meuſ in ortum ſuum ]Quaſi diceret. Qui promiſit ſe futurũ mecũ vſqꝫ ad ꝯſũmationẽ ſecli: mõ cũ magis indigeo eiꝰ pñtia me ꝯſolet et maiori grã me viſitet veniẽdo[ i ortũ ſuũ ]i. ortũ

quem plantauit amplius irrigando [ et comedat fructū po
moꝝ ſuoꝝ ] id eſt totū ſibi vēdicet. vel comedat: ne forte eru=
ca vel locuſta vel brucus vel rubigo opera ſāctoꝝ vel filios
ſpirituales deuoret. [ veniat ergo ] ad irrigandū et ad cuſto=
diendū. vel ad ſpaciandū. vel ad comedendū. ¶ Hic autē eſt
notādū: ꝙ hoc poteſt exponi de aduētu xp̄i ſpirituali in mē
te. vel de aduētu corporali ad mortē. vel de aduentu finali ad
iudiciū. ¶ Secunda pars.

V Eni in ortū meū ] hec eſt vox ſponſi ad ea que ſponſa
dixerat reſpōdentis. Quaſi diceret. quod petis iam fe
ci. et ideo [ veni ] mecū [ in ortū ] ſcilicet errantes corrigēdo et
cetera vt in gloſa [ Meſſui mirrā meā cum aromatibus me
is ⁊c. ] id eſt martyres cum confeſſoribus et omnibus aliis.
q̄ fama bonoꝝ operū ſūt inſignes: in horrea celeſtia trāſpor
taui. Vel poteſt exponi vt ſit vox eccleſie primitiue ad eccle
ſiam modernā. Quaſi diceret. tu inuitas me ſolū ad poma:
que mirrā et aromata/ id eſt martyres et apoſtolos metere
ſiue colligere cōſueui. hodie enī in eccl̄ia colliguntur poma/
id eſt fructus minus perfecti. ſed tunc in eccleſia primitiua
colligebantur fructus magis perfecti. Melius eſt tamen ꝙ
hec ſit vox ſponſi ad ſponſam ⁊c. Sequitur [ Comedi fauū
cum melle meo ]. [ Comedi ] id eſt in corpus meū miſticū tra
duxi. [ fauū ] id eſt cetū cōfeſſoꝝ/ pabulū luminis/ vaſa dul=
cedinus [ cum melle meo ] id eſt cū ipſa dulcedine qua eos re
pleui [ bibi vinū meū ] id eſt doctores ſpiritu feruētes. lachry
mis fluentes/ alios inebriantes [ cū lacte meo ] id eſt cum in
firmis et debilibus et ſimplicibus. Vel dic ſicut gloſa. Sed
quia iuſtū eſt vt ſaciato dn̄o famuli in ſecunda mēſa come=
dant et reficiantur: ideo ſubdit [ Comedite amici ] id eſt con
gaudete michi in ſp̄uali cōuiuio/ hic in preſenti. Vel [ Come=
dite ] ſcz fauū/ id eſt eloquia mea dulcia: ſed tamen difficilia
[ et bibite ] id eſt facilia. Ad hoc propoſitū allega verbū glo.
Vel dic [ Comedite ] ſcilicet hic dura preceptorum et tribula=

tionū.ut bibatis in futuro vinū oīm conſolationū.et ibi⌊ in
ebriamini ⌋iuxta dictum p̄s.Inebriabuntur ab vbertate do=
mus tue.et torrente voluptatis tue potabis eos.et ideo hic
⌊amici ⌋ſed in futuro⌊ cariſſimi.Vel amici ⌋quia amātes vel
amati.ſed⌊ cariſſimi ⌋quia care empti. ¶Tertia pars.

e Go dormio ⌋ hec eſt vox eccleſie tepidos exhortantis
vt in ortū ſponſi veniant.ſeipſam dans in exemplū:
dicens ⌊Ego dormio ⌋Quaſi diceret.Non ſū tepida.nec ſum
corpori dedita.quia⌊ego dormio ⌋id eſt exterius contēplatio
ni vaco/et ab impetu perſecutionū et ſtrepitu actionū et cor
porali ſolicitudine quieſco⌊ꝛ cor meū vigilat ⌋id eſt rationis
et intentionis oculus vigilat.et ne tēpore quietis per blandi
cias fallatur prouidet et laborat.vel de ſompno corporis⌊e=
go dormio ꝛc. ⌋id eſt iuxta verbū xp̄iſti. ſpiritus quidē prōp
tus eſt:caro autē infirma.Cauſā vero quare cor ſuū vigilat
ſubdit cum dicit⌊Vox dilecti mei pulſantis ⌋ Quaſi diceret
Ego volo quieſcere ſed ipſe ad laborē inuitat Vnde⌊ vox ⌋id ē
inſpiratio⌊dilecti mei ⌋facta eſt michi ad cor meū quod vigi
lat⌊pulſantis ⌋ſcilicet vtraqꝫ manu.id eſt beneficiis et flagel
lis:et dicentis ⌋aperi michi ⌋ſcilicet auditorū corda.vt intrē
et cenā faciam cū illis et ipſi mecum. Apocal'.tercio.Vel vt
dicit gloſa. Et quare hoc facere debeat ſubdit cauſas .quia
⌊ſoror mea ⌋id eſt coheres regni⌊amica mea ⌋ſecretorū conſ=
cia ⌊columba mea ⌋ſimplex nō inuida⌊immaculata mea ⌋.
quia in flumīe ſanguinis mei lota.Vel vt dicit gloſa Vel⌊ ſo
ror mea ⌋ in incarnatione⌊amica ⌋ex paſſione⌊Columba ⌋
ex ſpiritus ſancti receptione⌊immaculata ⌋ex baptiſmi loti
one. ¶ Sequitur.⌊ Quia caput meum ⌋Alia cauſa quare
debet ſponſa ſurgere.⌊quia caput meum ⌋.id eſt ego qui ſū
caput ſcilicet deus ⌊plenum eſt rore ⌋deus enim quantū eſt
ī obſtinatis abſqꝫ hoſpicio remanet.et nocturno rori ſeu plu
uie noctis exponitur⌊et cincinni mei ⌋id eſt capilli criſpi:qui
ſunt fideles inuicem amore mutuo colligati.et xp̄iſto capi=

ti coherentes [ pleni ſunt guttis noctiū ] id eſt patiuntur fri-
gora perſecutionū. et temptationū demonū/ vel dic vt glo-
ſa. Vel moraliter. Quia [ caput ] id eſt clerus [ abundat rore ]
id eſt deliciis [ cincinni ] id eſt fideles ſubditi [ abundant gut-
tis noctiū ] id eſt ignorantiis et peccatis: ideo ſurge.

¶ Quarta pars capituli quinti.

e xſpoliaui me tunica mea ] hec eſt vox ſponſe: ſuā obe-
dientiā oſtendentis. ſed tamen timorem et tremorē ſuū
declarantis. vnde quia ſponſus ſponſam excitauerat. ut de
dormitione ꝯtēplationis ſurgeret/ ad ſollicitudinē regēdaꝝ
aiaꝝ. ideo ipſa non inobediens: ſed de iniuncto officio metu
ens reſpondet dicens [ Exſpoliaui me tunica ]. Vnde tunica
iſta eſt tēporaliū cura. vel vita actiua. vel peccatoꝝ macula.
Dicit ergo eccleſia in contemplatione exiſtens [ Exſpoliaui
me tunica mea ] id ē omnibus predictis renūtiaui [ quomo-
do induar ea? ] id eſt quomodo iterum ad predicta reuertar
[ Laui ] ſcilicet lachrymis cōpūctionis vel deuotionis. vel ex
ultationis [ pedes meos ] id eſt omne lutū peccati. et omnem
puluerem affectus terreni [ quomodo inquinabo eos? Qua
ſi diceret. Non potero foris ambulare niſi aut lutum contra
ham aut puluerem. Vel dic cum gloſa. Sed quia ſponſa ti-
moris et periculi cauſas premiſit: cōſequenter vigoris et au
xilii rationem inducit ſcilicet quia [ dilectus meus miſit ma
nū ſuam per foramen ] Quaſi diceret. et ſi pericula egrediē-
di timeam: tamen in dilecti mei auxilio confidenter agam.
Nā [ dilectus meus miſit manum ſuā ] id eſt virtutem ſuam
et auxilium ſuum. et vigorem [ per foramen ] timoris [ et vē
ter meus intremuit ad tactum eius ] id eſt molles et debiles
cōpūcti ſūt. Vide gloſā. Et ideo [ ſurrexi ] ſcilicet a dormitiōe
et quiete vite contēplatiue ad laborem actiue [ vt aperirē di-
lecto meo ] ſcilicet predicando et docēdo ſed prius cepi face-
re et poſt docere. Vn̄ [ manus mee ] id eſt opa mea [ diſtillaue-
runt ] id eſt aliis circūquaqꝫ expreſſerūt [ mirrā ] id eſt exēplū

amara patiendi ſecundū gloſam. Vel manus iſte poſſūt dici
prelati. qui mirram/ id eſt penitentiā debent aliis diſtillare.
et⌊ digiti mei ⌋ id ē illi qui ſubtiliora ⁊ ſpiritualia p̄dicāt ⌋ple
ni ſunt mirra probatiſſima ⌋id eſt penitentia perfectorū. Vñ
mirra prima/ eſt aſperitas diſcipline. ſecunda vero increpa-
tio doctrine. ſed tertia executio ſententie. et iſta eſt mirra pro
batiſſima. Vel mirra prima: eſt penitētia peccatorū. ſecunda
penitentia iuſtorū. tertia perfectorū. Prima eſt probata. ſecū
da probatior. ſed tertia probatiſſima⌊ peſſulū oſtii mei ⌋id eſt
omne illud quod gratie diuine reſiſtere potuit ⌊ Aperui di-
lecto meo ⌋id eſt a cordibus ſubditorum predicando remoui
vt intraret ⌊ at ille declinauerat atq; trāſierat⌊ quia hic non
ad plenum: ſed exilet. vide gloſā. ⁊ ideo⌊ anima mea liquefac
ta eſt ⌋id eſt in aquam lachrymarū reſoluta. vel cum gloſa.
⌊ Vt ⌋id eſt poſtq̄⌊ dilectus meus locutus eſt ⌋Dum enim ſer
uus ſcilicet moyſes locutus eſt. anima eccleſie timore cōge-
lata eſt. ſed⌊ ut dilectus ⌋ſcilicet deus pater⌊ locutus eſt ⌋in fi
lio⌊ anima ⌋eccleſie⌊ liquefacta eſt ⌋ſcʒ in dilectionis feruore.

Q Quinta pars.

q ueſiui ⌋hec eſt vox eccleſie ſiue ſponſe: ſponſum ſuum
q̄rētis. Vnde qꝛ ipſa dixerat ſponſū ab ea declinaſſe et
trāſiſſe: ne ipſe clare et plenarie videret̃. Ideo ſubdit ſpōſa di
cens⌊ Queſiui ⌋ vt abundantius fruerer dilecto/ et perfecte
cognoſcerem⌊ et nō inueni illum ⌋quia illa duo reſeruantur
in patria⌊ vocaui ⌋ orōne. itētione. et opatiōe ⌊ et nō reſpōdit
michi ⌋id ē nō ſe michi indicauit. qꝛ corpꝰ qd̓ corrūpit̃ aggra
uat aīam. Sʒ ne deſperarē ex abſētia ſpōſi⌊ iuenerūt me ⌋q̄rē
tē āxie ⁊ curioſe⌊ vigiles ⌋id ē p̄lati doctores vł p̄dicatores cu
rioſe vigilātes⌊ q̄ circuerūt citatē ⌋id ē eccłiā ex officio circū-
quaq; viſitāt. Iſti⌊ iuenerūt me ⌋ ſ. anxiā ꝯſolādo ⁊ curioſā re
primēdo⌊ pcuſſerūt me ⌋id ē magis ꝯpūxerūt me ad q̄rēdū⌊ ⁊
vulnerauerūt me ⌋. ſ. gladio ſp̄s qd̓ ē verbū dei. i. dolorē pnīe
intulerūt⌊ tulerūt palleū meū ⌋. ſ. ut nuda xp̄ʒ nudū ſequerer

omnia relinquere fecerũt. Vel dic cum gloſa. Vel palliũ poſ-
ſet intelligi velamẽ legis veteris teſtamẽti ꝛc.

¶Sexta pars.

a Diuro vos filie ieruſalẽ. ſi inueneritis dilectũ meum ut nũcietis ei: qꝛ amore langueo ]hec eſt vox ſpõſe ad leſcẽtulas alloquẽtis. Vñ qꝛ id quod a pluribus queritur: citius inuenitur. ideo ipſa eas hortatur: ut ſponſum ſuũ ſecũ querant. Vel qꝛ qñqꝫ minoribus reuelatur qđ maiores latet ut. i. coꝝ. xiiii. ideo ſponſa adoleſcẽtulas exhortatur vt ſponſum querãt: et languorẽ ſuũ annũcient eidẽ. nõ dicit ꝙ eũ adducãt: ſed ꝙ ei nũtient/ quaſi ſecura ſit ꝙ ipſe qui tantũ diligit et qui tantũ diligitur. ſi ſciret languorẽ ſponſe: nõ ſuſtineret nec tardaret. Similiter io. xi. ubi dicit Martha ad ieſum veni et vide. nõ dicit: ſuſcita lazaꝝ. Et io. ii. dicit Maria vinũ nõ habẽt. nõ dicit: cõuerte aquã in vinũ. Littera eſt clara cũ gloſa. Vel hec poteſt eſſe vox ad aĩas ſanctas que in celo dilectum vident/ et cetera.

¶Septima pars.

q Valis ]hec eſt vox adoleſcẽtulaꝝ reſpondentiũ et dicentiũ[ qualis ]id eſt cuius ſpecioſitatis vel ſuauitatis[ eſt dilectus tuus ex dilecto ]id eſt filius qui eſt[ dilectus ex dilecto ]id eſt ex patre. Vñ hoc dicit ad differentiã dilecti: qui ex nullo eſt/ ſcilicet patris. O igitur[ pulcherrima mulieꝝ q̃lis eſt dilectus tuus ]ſm qđ ipſe procedit[ ex dilecto ]id eſt ex patre. i. dic qualis ipſe eſt ſm diuinitatẽ. Sed iteꝝ[ qualis eſt dilectus tuus ]ſcilicet ſm humanitatẽ[ qꝛ ſic adiuraſti nos ] ut eum tecũ queramus.

¶Octaua pars.

d Ilectus meus candidus ]hec eſt vox ſponſe adoleſcẽtulis reſpondentis/ et dicẽtis[ dilectus meus candidus ] ſcđm diuinitatẽ. quia candor eſt lucis eterne[ et rubicũdus ] ſcđm humanitatẽ/ ſcilicet in paſſione. Vel[ candidus ]in natiuitate. et[ rubicũdus ]in cruce. Vel[ candidus ]in domo herodis. et[ rubicũdus ]in pretorio Pilati[ electus ex milibus ] id eſt pre omnibus hominibus et angelis. hebreoꝝ. i. Vel qꝛ

ſpecioſus forma pre filiis hominū[ caput eius ] id eſt diuini tas vel diuina ſapientia[ aurū optimū ] id eſt omni alteri ſa pientie incompabilis: ſicut auꝝ aliis metallis eſt imcōpara bile[ come eiꝰ ] id eſt cogitationes eius [ ſicut elate palmaꝝ ] id eſt alte. recte et ſublimes. ideo[ elate ] id eſt alte[ nigre qua ſi coruus ] id eſt humiles et mundo deſpicabiles. Vel[ come ] ſunt humane fragilitates et infirmitates: q̄ caput xp̄i / id eſt diuinitatem velabant[ oculi eius ] id eſt dona ſpūs ſancti ꝛc. proſequere ſicut gloſa. Vel oculi iſti poſſunt intelligi docto= res vel prelati. qui colūbis cōparantur / ut ſupra pn̄o caplo. [ Gene ipſius ] iſte gene ſcd̄m gloſam ſūt modeſtia et pietas chriſti. et dic ut gloſa[ labia eius ] id eſt verba xp̄i. ut gloſa di cit. Vel duo labia: duo ſunt teſtamēta[ manus eius ] id eſt vir tutes xp̄i opatiue[ q̄ fuerūt tornatiles ] id eſt in nullo rep̄hen ſibiles. ad omne opus bonū volubiles[ auree ] per caritatē. [ plene iacinctis ] id eſt operibus virtuoſis et p̄cioſis. vel dic cum gloſa[ Venter eius eburneus ] id eſt humanitatis fragi litas. ſicut gloſa [ crura eius ] id eſt apoſtoli vel alii fortes eū ſuſtinētes / et cetera. vel dic ſcd̄m gloſam aliter / et vide[ Spe cies eius ut libani ] id eſt vniuerſalis decor. vel vniuerſa mē= bra. Vide gloſā. Ipſe eſt candor lucis eterne ideo libanus: qui candidus interp̄tatur. ipſe eſt mons in vertice oīm montiū et inter omnes altiſſimus[ Guttur illius ſuauiſſimū ] inter nus ſapor. dic vt gloſa. Finaliter cōcludit[ Talis eſt dilectus meus ] quem ego diligo[ et ipſe eſt amicus meus ] quia ipſe= met diligit. Vel cum gloſa[ O filie ieruſalē ] et ideo q̄ramus eum ut dixi.

¶ Nona Pars.

q Vo abiit ] Vox eſt adoleſcentularū reſpondentiū ſponſe et dicentiū[ Quo abiit dilectus tuus ? ] quando preſen= tiam ſuam ſubtraxit[ O pulcherrima mulieꝝ. quo dilectus tuus declinauit ? ] Quando ubi ſolebat inueniri: non ampli us inuenitur. Abiit ergo a ſinagoga et declinauit ad gentes Dic ergo nobis[ Quo abiit, et cetera. Et queremuſ eum te=

cum ]Quia ſine conſortio eccleſie nō recte queritur chriſtus:
ideo nec inuenitur ¶Capitulū ſextū.

Ilectus meus ] Hoc eſt ſextū capitulū huius libri:con
d tinens ſeptem partes. Quarū prima eſt vox eccleſie:
ad queſtionē adoleſcentulaꝝ reſpondentis. Querebāt
enim prius [Quo abiit/et cetera ]Nunc vero ipſa reſpondet
[dilectus meus/ et cetera ] oſtendēs per hoc dilectū ſuū in ſe
ipſam deſcendiſſe. quia ipſa eſt ortus:ut ſupra patet. Dic cū
gloſa. Et ideo videns ſponſa quantū ſponſus in hoc orto de
lectetur:ait [Ego dilecto meo ]ſupple in me et ī aliis locū p̄
paro. et [dilectus meus michi ]ſupple locum preparat rece=
ptionis apud ſe. [qui paſcitur inter lilia ]

¶Secunda pars.

p Ulchra es ] Hec eſt vox ſponſi: ſponſe et adoleſcentulis
querētibus aſſiſtentis/earūqꝫ deuotis affectionibus re
ſpondentis. Uide gloſam. Reſpondet igitur ſponſus/et ſpon
ſam cōmendat:dicens [Pulchra es ]ſcilicet deſiderio quo me
queris ſcd̄m gloſam [et ſuauis ]ſcilicet eloquio quo alias ado
leſcentulas ad me querendū inuitas [et decora ]ſcilicet bonis
operibus exterius. Uel [pulchra es ]in aſpectu. ſuauis in af=
fectu/ et decora in effectu [ſicut ieruſalē terribilis ] id eſt non
minus in tua pulchritudine admirabilis ꝙ fuit ieruſalē/ id
eſt primitiua eccleſia aſſumpta de iudeis. Hic enim loquitur
ſponſus de eccleſia aſſūpta ex gētibus. Uel dic [terribilis ]ſci
licet hereticis. impiis et peruerſis. Uel dic [terribilis ]ſcilicet
ex multis. Primo ex numero et fortitudine bellatoꝝ. Secun
do ex longo exercicio et labore armoꝝ. Tertio ex zelo et una
nimitate pugnatoꝝ. Quarto ex p̄ſidio et defenſione angelo
rū/et quod plus eſt ex preſentia et aſſiſtētia regis chriſti. qui
promptus eſt ad protectionē ſuoꝝ ſubditorū. et ideo nō miꝝ
ſi ſit terribilis. quia etiam ipſa eſt [ut caſtrorū acies ordina=
ta ]Habuit enī diuerſas acies. In prima chriſtū regē cum ce=
tu apoſtolorū. In ſcd̄a exercitū martyꝝ robuſtorū. In tertia

cumulũ ſanctorũ confeſſoꝝ. In quarta tempore antixp̄i ha-
bebit de omni genere electorũ. Sed prochdolor ipſa nunc ha
bet in medio iſtarũ acierũ turbam magnã ꝑluriũ inualidoꝝ
¶ Quia vero ſponſus dixerat [pulchra es ]ſcilicet ex volun
tate et deſiderio quo me queris: ſcḋm qḋ dicit gloſa. ideo nũc
ut deſiderio querendi moderationẽ imponat: ſubdit [Auer-
te oculos tuos a me ]ubi nõ deſideriũ cognoſcẽdi: ſed curio-
ſitatẽ inquirendi vituperat. pro quo vide Glo. Igitur [auer
te oculos tuos. quia ipſi me aduolare fecerũt ]id eſt nõ ex to
to tuo deſiderio abeſſe volui [quia oculi tui ]id eſt intentio et
affectio ad te [me aduolare fecerũt ]qui enim prius abiit et
declinauit: nunc aduolat/ ſcilicet ut auidius requiratur. vt
gratius recipiatur. ut cautius cuſtodiatur. ut curioſius cõ-
peſcatur. ut ſubditis impẽdatur. ut ardẽtius diligatur. xp̄s
enim querẽtibus eum nõ deficit. ſed plerũq; dum abeſſe cre-
ditur: preſens exiſtit. Ideo ipſe dicit. Querite et inuenietis.
c Apilli tui ꝛc̄. ]Hec eſt vox ſponſi: ¶ Tertia pars.
ſponſam cõmendantis. Unde ſicut dicit gloſa. ne eccle-
ſia grauiter ferret ꝙ a dilectione dilecti ſuſpenditur: ideo ſe-
quitur deſcriptio eius. in qua aſſimilatur illi primitiue eccle
ſie ieruſalẽ. de qua nõ eſt dubiũ: quin amica dei fuerit ¶ Vñ
ſciendũ triplicem fore eccleſiã. Prima fuit eccleſia primitiua
de iudeis/ que ieruſalem vocatur. Secunda fuit eccleſia pri
mitiua de gentibus. Tertia erit de collectione iudeorum/et
gentium: et erit tunc plenitudo eccleſie: que nõ erit quouſq;
reliquie iſrahel ſalue fient. ¶ Secũdo ſciendũ ꝙ hic repetũ-
tur idem verſiculi qui ſupra poſiti et expoſiti ſunt: uſq; ibi.
[Sexaginta ]Et ideo precedentia exponantur ut prius. Et
verſus [Sexaginta/et cetera ] exponatur ſicut Gloſa docet.
Et bene [Adoleſcentule autem quarũ nõ eſt numerus [ſunt
incipientes. vel fragiles. vel ciues celeſtes ſecundum gloſam
¶ [Una eſt ]Quare vna vide Gloſam [columba ]propter

ſimplicitatē fecunditatem/manſuetudinem.et amoris inſe
parabilitatem.bis autem dicitur[ vna ]propter vnitatem fi
dei.et vnitatem caritatis.[perfecta ]quia per dilectionem/
que eſt legis plenitudo cōſummata.vel quia iam capiti ſuo
xpristo vnita [ vna eſt matri ſue ].hec mater eſt gratia.cum
qua.per quam.et ex qua vna eſt. Vel eſt celeſtis iheruſalem:
que mater eius dicitur.quia eam generat nutrit amat et cu
ſtodit.nam omne donum perfectum:de ſurſum ē.cum qua
[ vna eſt ]ſcilicet vnitate amoris[ electa genitrici ſue ] hec
genitrix eſt eccleſia primitiua de iudeis:que eam ī fide genu
it.cuius electa dicitur:quia ipſa multas ſpurias ſimul pro-
duxit. Eſt autem ſumma huius littere.quia eccleſia primo
commendata eſt ex ſue pulchritudinis deſcriptione.[capilli
et cetera ]Secūdo ex ſui magnifici ſtatus declaratione[ſe-
xaginta et cetera ] Tercio ex ſuorum membrorum vnitate/
et perfectione [ vna eſt et cetera ] Quarto commendatur ex
intuentium admiratione.[ viderunt et cetera ¶ Vbi notādū
ꝙ filie ſolum vidēt ſponſam. quia omnis gloria eius ab in
tus eſt:oculi autem ſtultorum in finibus terre.qui interiora
eius non attendunt.tum quia viſum habent ad terrena to-
taliter intentum. tum quia luminoſitas ſponſe viſum eorū
excecat.Ideo dicitur.[ Viderūt eam filie ſpon.et beatiſſimā
predicauerūt ] beatam ex diuiciis ſpiritualibus.beatiorem
ex ſuis generalibus.ſed beatiſſimam ex ſponſi amplexibus
[ Et regine et concubine laudauerunt eam ]Licet enim ſole
filie vere videant ſponſam.tamen tam[ regine et ꝙ concu-
bine ] id eſt tā boni ꝙ mali laudāt eā.ſed iſte ſicut veri teſtes:
ille vero ſicut hyſtriones.Moraliſa hic. ¶ Quarta pars

q ue eſt iſta que progreditur quaſi aurora cōſurgēs ꝛc. ]
hec eſt vox ſinagoge admirantis Ipſa enim in nouiſ
ſimis temporibus videns eccleſiam de gentibus per totum
orbem extenſam inde conpuncta et admirās ait [ que eſt ꝛc ]
Vbi notādū ꝙ cōparat aurore lune et ſoli ] Aurore in pe-

nitentibus et ꝯtritis⌊ lune ⌋in ſecularibus et actiuis⌊ ſoli ⌋in
ꝑfectioribuſ cōtēplatiuis. Vel dicitur⌊ aurora ⌋ꝓpter lumen
ſcīe⌊ luna ⌋propter ſplendorē gratie⌊ ſol ⌋propter lucē glorie.
Vel⌊ aurora ⌋in patriarchis⌊ luna ⌋in prophetis⌊ ſol ⌋ in apo
ſtolis. Itē beata virgo fuit⌊ aurora ⌋in anūciatione⌊ luna ⌋in
cōceptione⌊ ſol ⌋in aſſumptiōe. Itē aīa ſancta compatur au-
rore ⌋in oratione⌊ lune ⌋in operatōne⌊ ſoli ⌋in contēplatione.
Vel ē⌊ aurora ⌋in mortis termino⌊ luna ⌋in purgatorio⌊ ſol ⌋
in celi ſolio. Dicitur aūt eccīa⌊ terribilis ut caſtroꝝ acies or
dinata ⌋maxīe propter tp̄s antixp̄i: qn̄ erit crudeliſſimus cō
flictus. Vel ut gloſa. Quinta pars.

o Eſcēdi in ortū nucū ⌋ hec eſt vox ſpōſi ad ꝑdictā q̄ſtionē
reſpondētis. Vn̄ ſynagoge admiranti et q̄rēti⌊ q̄ eſt ⁊c ⌋
reſpondet ſponſus⌊ deſcendi ⁊c ⌋Eſt aūt reſponſio indirecta.
q2 q̄ſtionē nō ſoluit: ſed laudibus ſponſe in queſtione exp̄ſſis
laudes alias ſupaddit. cōparās eā ortu propter cauſas alias
dictas. ſed dicit⌊ ortū nucū ⌋ſcd̄m vnā litterā. q2 extra amari
tudo: interius dulcedo⌊ deſcendi ⌋igitur⌊ in ortū meū ⌋vl'⌊ in
ortū nucū ⌋ſcd̄m aliā litterā. i. in eccīam gentiū. et ideo ipſa
nunc progreditur et aſcēdit. q̄re vero ipē deſcendit: cauſā ſub
dit⌊ ut viderē ⁊c. ⌋.⌊ poma cōualliū ⌋ id eſt doctores et ꝑdica-
tores humiliū⌊ ſi floruiſſet vinea ⌋id eſt ſi per ꝑdicationē do-
ctoꝝ eccīa inicia bone vite dediſſet⌊ et germinaſſent mala pu
nica ⌋id eſt fructū bonoꝝ opeꝝ ꝓduxiſſent. vel dic ut gloſa.

n Eſciui ⌋hec eſt vox ſynagoge ſuā Sexta pars.
cecitatē et ignorantiā accuſantis et excuſantis: et dicit
⌊ Neſciui ⌋ſcilicet ꝑdicta. et cauſā ſubdit⌊ aīa mea ⌋id eſt ani-
malis ratio ⌊ cōturbauit me ⌋ id eſt excecauit et ignorantē fe-
cit. ſ. propter hypocriſim phariſeoꝝ. traditiones ſcribarum
auariciā ſacerdotū / et ambitionē principū. et ideo ⌊ ꝓpter q̄-
drigas aminadab ⌋ꝑdicta enī fuerūt quattuor quadrige: que
chriſtum ad mortē traxerūt. et ſunt⌊ quadrige aminadab ⌋id
eſt populi voluntarii ad mortē chriſti. Aminadab enim inter

prefatur populus ſpontaneus. Populus ergo iudeoꝝ ſpontanee ſine cauſa iuſta chriſtū crucifixerūt: dimittētes barabā Et hec fecerūt propter quattuor cauſas p̄dictas. ut patet in euāgelio. et iſta fuit cauſa ignorātie et cecitatis ſynagoge iudeoꝝ. Vel dic [Neſciui] ſcilicet predicta ⁊c̄ [ſed anima mea cō turbauit me] id eſt compūcta ſum [propter quadrigas ⁊c] id eſt propter p̄dicationē quattuor euangelioꝝ chriſti. et ad hoc vide gloſam.

¶ Septima pars.

r Euertere] hec eſt vox xp̄i vel eccleſie. ſynagogā iudeorū: vt a falſitatis cecitate ad fidei et veritatis claritatē reuertatur exhortantis. quaſi diceret. Tu confeſſa es tuā tarditatē et cecitatem: ſed nichilominus [reuertere ſunamitis] id ē captiua / ſcilicet ſub ignorātie cecitate. ſub legis grauitate. ſub intelligentie ſenſualitate. ſub cuiuſlibet poteſtate Et quare dicit quater [reuertere] vide gloſā [ut intueamur te] id eſt vt tu me videas et ego te.

¶ Capitulū ſeptimū.

q Wid videbis] hoc eſt capitulū ſeptimū huius libri qd̄ continet quinqꝫ partes. quaꝝ prima eſt vox ſponſi ad ſponſā eccleſiā de gentibus alloquētis. Vnde quia ipſa prius dixerat ſynagoge [reuertere ⁊c̄.] ideo ſponſus dicit ei [quid videbis ⁊c] quaſi diceret. Tu modo doles de cecitate ſynagoge propter quod ipſam exhortaris: dicens [reuertere ⁊c̄] ſed cito videbis eā [quaſi choros caſtroꝝ] et ideo cōſolaberis. Videbis autē eam [quaſi choros caſtroꝝ] id eſt ad ſpiritualia bella paratam. Compatur autē eccleſia choris: propter tempus pacis. in quo deus auctor pacis debet glorificari et laudari. ſed etiā cōparatur caſtris propter tempus belli: in quo diabolus auctor temptationis debet fortiter impugnari. Vel caſtris comparatur. quia ordinatas habet acies. vnam continentiū / aliā coniugatoꝝ.

¶ Secunda Pars.

q Wā pulchri ſunt et cetera] hec eſt vox ſponſi: illā eccleſiā que ex iudeis et gentibus futura eſt nouiſſimis tē-

poꝛibus cõmendantis. Unde dicit [ q̄ pulchri ſunt greſſus. ]
¶ Ubi ſciendũ q̄ greſſus eccleſie hic dicũtur opera et pꝛofe
ctus eccleſie in agendo et patiẽdo. Uel greſſus dicũtur actus
pꝛedicationis. qui pulchri dicũtur [ in calciamentis ] id eſt ex
emplis apoſtoloꝝ et ſanctoꝛũ. Uel [ greſſus pulchri in calcia=
mentis ] quia greſſus ideo pulchri. quia pedes pulchri / id eſt
doctoꝛes et pꝛelati qui coꝛpus ſuſtinẽt: quoꝝ pulchꝛitudo eſt
pꝛimo vt ſint recti. ſecũdo ampli. tertio dilatati. quarto mun
di. Recti per iuſtitiã. ampli per ſapientiã. dilatati ꝑ bonã fa
mã. mundi per vitam ſanctã [ iuncture feminũ tuoꝛũ ] id eſt
vnio et concoꝛdia duoꝛũ populoꝝ in vna fide et caritate erit
[ ſicut monilia ] id eſt erit vnitiſſima et indiuiſibilis [ que fa
bꝛicata ſunt manu artificis ] quia ſolus ille artifex hãc vnio
nẽ fabꝛicabit: qui fabꝛicatus eſt auroꝛã et ſolem. et hic ſolum
nouit quare hec iũctura vſq̧ ad finem ſeculi retardata fue=
rit. Uide gloſam [ Umbilicus tuus crater toꝛnatilis ] iſte vm
bilicus eſt infirmitas noſtre moꝛtalitatis. Uide gloſam. Uel
vmbilicus poſſunt dici doctoꝛes infirmioꝛes ꝛc̄. qui [ nunq̄
indigent poculis ] quia nõ ſolum vaſa: ſed fontes ſunt: aquã
ſapiẽtie ſcaturiẽtes [ Uenter tuus ] id ẽ copia populi chꝛiſtia
ni [ ſicut aceruus tritici ] quia in imo pꝛeceptoꝛũ multi ſunt:
in alto vero ꝯſilioꝛũ pauci [ vallatus liliis ] id eſt virtutibus
Aceruus autem ideo dicitur. quia grana / id eſt fideles abſq̧
palea imediate ſeſe contingunt. Pꝛo moꝛalitate vide gloſã.
¶ [ Duo vbera ] iſte verſiculus ſupꝛa in quarto capitulo ha
bitus eſt: ideo exponatur ut ſupꝛa ¶ [ Oculi tui ] Duo oculi
ſunt pꝛouiſoꝛes ſpiritualiũ et tempoꝛaliũ. Qui erũt [ ſicut pi
ſcine ] id eſt multas aquas ſapientie continẽtes [ in Eſebon ]
id eſt in cingulo meroꝛis / ſcilicet tempoꝛe antichꝛiſti [ que ſũt
in poꝛta filie multitudĩs ] .i. eccl'ie q̃ eſt filia multitudinis. qꝛ
ex duob⁹ populis generata. Dr̃ aũt piſcine eſſe ĩ poꝛta filie
multitudĩs. qꝛ nemo ingredieť in multitudĩe xp̄ianoꝛũ niſi

qui biberit ex hac aqua/ vel niſi qui de aqua baptiſmi rena-
tus fuerit ꝛc.⌊naſus tuus⌋id eſt cetus predicatoꝝ:qui ſpiri-
tū vite miniſtrant ecc̄ie/et fetores peccatoꝝ odoreſqꝫ virtutū
prudēter diſcernūt.Hi ſunt⌊ſicut turris libani⌋quia eminen
tiores ceteris.refugiū infirmis.fortes virtute.fundati in li-
bano monte/id eſt in xp̄o.Vel⌊turris libani⌋quia ꝑ ſapien-
tiā alti:et per vite mundiciā candidi⌊que reſpicit cōtra da-
maſcū⌋id eſt cōtra malos et ꝑuerſos:contra quoſ predicato
res et doctores reſpiciūt. Vide gloſam de Damaſco⌊caput
tuū ut carmelus⌋Carmelus eſt mons altus et pinguis.qui
ſcientia circūciſionis interp̄tatur.Caput autē eccleſie eſt ſe-
natus apoſtoloꝝ/ vel cetus prelatoꝝ.qui debet eſſe altus ex-
cellentia vite ſancte.et pinguis fructuū ſpiritualiū fertilita-
te.et nō tantū carnis:ſed ſimiliter et cordis circūciſionis ſci-
entiā in ſe et in aliis exercere⌊et come capitis tui⌋Come ex
capite naſcētes et ipſum ornantes ſunt clerici qui p̄latis aſſi
ſtunt.qui debent eſſe⌊ſicut purpura regis⌋id eſt ipſis prela-
tis debent eſſe quaſi ornamentū regale.et debent eſſe⌊iuncti
canalibus⌋id eſt ipſis doctoribus et prelatis coniuncti/ſcili-
cet vite ſancte cōformitate.obediētie promptitudine.adiuto
rii efficacitate ¶ De purpura dic cū gloſa.

¶ Tertia Pars.

q Vam pulchra es⌋hec eſt vox ſponſi.qui hucuſqꝫ ſpon-
ſam ſuā ad labores inuitauit: et eam magis in labori
bus cōmendauit.nūc autē poſt duoꝝ populorū cōiunctionē
et poſt certaminis laborē:ſponſus ſponſam ſuā vacantē cele
ſtibus deliciis recōmendat:dicēs⌊Quā pulchra es⌋fide⌊de-
cora⌋opere⌊Cariſſima in deliciis⌋id eſt cariſſima dn̄o tuo/
ex hoc ꝙ celeſtibus vacas deliciis.ſcđm Gloſam.⌊Statura
tua aſſimilata eſt palme⌋ideo palme cōparatur eccleſie ſta-
tura. Vel anima que celeſtis diuitias preguſtauit.quia totū
in celum erigitur:et ad terrena deſpicit incuruari. De pal-
ma vide gloſam⌊et vbera tua botris⌋Que ſint vbera eccle

ſic ſuperius dictũ eſt[ botri ]aũt [ vini ]ſunt vaſa.et[ vbera ]
vaſa ſunt lactis.Vbera ergo et botri ſunt prelati.quia et lac
paruulis/et vinũ prouectis propinant[ Dixi aſcendã ]Qua
ſi dicat ſponſus. ꝙ tales habes doctores nõ ẽ tui meriti: ſed
mei doni.quia[ dixi ]id eſt ab eterno diſpoſui [ aſcẽdã in pal
mã ] id eſt in eccleſiã. quã ipſe prius palme cõparauit/ et in
quã aſcendit:dum per gratiã et amorẽ/et per nature vnio-
nẽ in ipſam intrauit/ et eius ſe caput fecit.Vel[ i palmã ]id
eſt in crucẽ. cuius pars de palma fuit ſcd̃m gloſã.et[ appre-
hẽdã fructus eius ]qui fuerũt proprii corporis glorificatio/
humani generis redemptio/antiqui ſerpentis ligatio/et re
dempti hoĩs ſaluatio.quos ita fortiter apprehendit vt nul-
lomodo decidere poſſint [ Et erunt vbera tua ſicut botri vi
nee ]id eſt dulces ſicut botri vinee ]nõ amari vt hedere/id eſt
ſynagoge.Vide gloſam [ et odor odoris tui ſicut odor malo
rum ]id eſt odor fame tue. vel[ odor odoris ]id eſt fama pre-
dicationis et laudis [ ſicut odor maloꝝ ] id eſt ſicut odor fru
ctuũ perfectoꝝ. nõ ſicut odor folioꝝ verboꝝ [ Guttur tuũ ]id
eſt doctores tui. vel predicatio tua [ ſicut vinũ optimũ ] ſcili
cet colore/odore/ſapore/ꝛ virtute precellens[ dignũ dilecto ]
id eſt xp̃o[ ad potandũ ] xp̃s enĩ libenter calicẽ paſſionis bi-
bit. et aliis ad potandũ porrexit.Vnde ſequitur.nõ ſolũ vi-
num illud/eſt[ dignũ dilecto ]ſed etiã [ labiis ]id eſt preconi-
bus eius :vt paulo[ et dentibus ] id eſt attritoribꝰ ſacre ſcrip
ture:vt auguſtino[ ad ruminandũ ]

¶ Quarta Pars

e Go dilecto ]hec eſt vox ecc̃ie ad ſynagogã.Quaſi dice
ret.Michi credite et conuertimini ad ſponſũ meũ chri
ſtum.quia ipſe vos libenter recipiet.ſicut et me.Nam [ ego ]
prius exul/pauper/et nuda/cõuerſa ſum ad eũ/et coniun-
cta ſum[ dilecto meo ].[ et ad me ]facta eſt[ cõuerſio eiꝰ ]car-
nẽ humanã aſſumendo. meã penuriã adiuuãdo.michi gra
tiam conferendo.et gloriã promittendo.

¶ Quinta Pars.

v Eni dilecte mi ⌋ hec eſt vox ſponſe. que certificata/ ꝙ iudea cōpuncta obediet et cōuertetur. pre gaudio ſpō- ſum alloquitur et dicit⌊ Veni dilecte mi ⌋ Quaſi diceret. Cer ta ſum ꝙ iudea licet nimis tardet: tamen finaliter cōuerte- tur. et ideo veni mecū. vt⌊ egrediamur ī agrū ⌋ id eſt vt tu et ego egrediamur in illos iudeos qui adhuc arandi et colendi ſunt⌊ et cōmoremur in villis ⌋ id eſt ī nouiter cōuerſis. in qui bus eſt cōmorandū donec ad perfectionē perueniant⌊ Mane ſurgamus ad vineas ⌋ id eſt ſtudioſe laboremus ad excolen- dū/ fouendū et nutriendū⌊ vineas ⌋ id eſt virtuoſos ad dn̄m conuerſos. Et quia aliud faciendū eſt vinee nondū florenti. aliud dū floret. et aliud dū fructificat: ideo ſubdit⌊ videam⁹ ſi floruit vinea ⌋ id eſt ſi aliqua bona ſigna virtutis/ cōfeſſio nis et fidei appareant⌊ ſi flores fructus parturiunt ⌋ id eſt ſi bonū propoſitū ſequitur opus bonū⌊ ſi floruerūt mala puni ca ⌋ id eſt ſi flores perfectū fructū dederūt⌊ Ibi dabo tibi vbe ra mea ⌋ id eſt prelatos et doctores⌊ dabo ⌋ nō ſolū ad lactādū. vel cōtractandū: ſed ſimpliciter⌊ dabo ⌋ etiā ad lacerādū per martyriū/ ſi opus fuerit⌊ Mandragore ꝛc ⌋ hec eſt herba que profunde radicatur in terra/ et parū ſupereminet. habet ta men pomula rubea et odorifera: et ſignat iudeos ꝛc.⌊ que de derūt odorē in portis noſtris ⌋ id eſt in ſacramētis. ideo⌊ egre diendū ꝛc ⌋ ſcd̄m hoc expone. Vel expone⌊ Mandragore ⌋ id eſt virtutes⌊ porte id eſt apoſtoli/ ꝛc. ſicut gloſa.

## Capitulum Octauum.

q Vis michi det ⌋ hoc eſt octauū et vltimū capitulū hu ius libri qđ cōtinet octo partes. quaꝝ prima ſcd̄m glo ſam eſt vox ſynagoge. Vnde introducitur hic iudea inſpira ta iam et edocta/ et ſummo deſiderio deū querēs. ideo dicit ⌊ quis michi det ꝛc. ⌋ Vel ſcd̄m aliā gloſam. eſt vox eccleſie de gentibus: xp̄i incarnationē recolentis. que ipſam īcarnatio nem tam feruenter amplectitur. vt ipſam de nouo fieri deſi derare videatur: dicens⌊ Quis michi det ⌋ id eſt dei filiū⌊ fra

trem meū ] id eſt vt ſit frater meus. cōmunione nature [ ſu-
gentē vbera matris mee ] id eſt virginis beate / que materne
pietatis viſceribus totam eccleſiā fouet et nutrit. Vel / ma-
ter eccīe fuit ſynagoga. Et notanter dicitur [ det ] q̄a ſola ca-
ritate filius datus eſt nobis. Itē bene dicit [ te ] qꝛ ad filiū lo-
quitur excludendo patrem et ſpiritū ſanctū a noſtre infirmi
tatis ſuſceptione [ vt inueniā te ] id eſt cognoſcā te ſcd̄m na-
turā humanā [ foris ] quia intus ſcd̄m diuinitatē: nulli fas
eſt ipſum ad plenū cognoſcere. Vel [ foris ] id eſt nō incluſum
in ſinu patris: ſed cū hominibus cōuerſantē. Vbi nota glo-
ſam [ et deoſculer te ] id eſt facie ad faciē videam. et ore ad os
loquar. Vel expone vt in principio libri [ et iam me nemo de
ſpiciat ] cū apparuerit me eſſe ſororē reginā et ſponſā. Olim
enī deſpecta fuit. cū abhorrebat mūdus diuinitatē in hoīe et
vitā in mortuo floruiſſe / ⁊ ſic de ſimilibus [ Apprehendā te ]
Quaſi diceret. Si detur michi te ſic oſculari. etiā ſi velis effu
gere nō dimittā. ſed [ apprehendā te ] amoris cōiunctione [ et
ducā te in domū matris mee ] id eſt in multitudine iudeorū
[ et in cubiculū genitricis mee ] id ē in ſecretariū ſanctoꝝ / ſcꝫ
celeſtē ieruſalē [ Ibi me docebis ] id eſt te michi manifeſtabis.
et [ dabo tibi poculū ] id eſt faciē te delectari. Quaſi diceret. tu
augebis michi gratiā et gaudiū. et ego augebo tibi ſeruiti-
um. qꝛ [ dabo tibi poculū ex vino cōdito ] id eſt ſeruitiū faciā
tibi ex vino bonoꝝ operū inebriante pre gaudio / et condito
diuine gratie auxilio [ et muſtū maloꝝ granatoꝝ meorū ] id
eſt inebriari / exhilarari et caleſieri te faciā: in ſanguine mar
tyrū. Muſtū enī calidius eſt vino: et citius inebriat ⁊c. [ Leua
eius ſub capite meo ⁊c ] hoc expone vt ſupra. Vel dic [ Leua ]
id eſt ſue humanitatis cognitio [ et dextera ] id eſt diuinita-
tis clara viſio. [ Adiuro vos filie ieruſalē ] hic verſus expo-
ſitus eſt ſupra. ideo dicatur vt prius ſicut et de precedēti [ Le
ua eius et cetera ]

¶ Secunda Pars.

q Ve eſt iſta ] hec eſt vox angelo℞ vel ſynagoge profectū
eccīe de gētibus admirātiū ſicut ſupra tercio capitu
lo [ que ē iſta ꝛc̄. ] Vel melius poteſt dici. vox eccīe de gētibꝰ
de ſynagoga q̄ſi iā cōuerſa admirātis et dicētis [ Que ē iſta ]
Quaſi diceret [ Que eſt hec q̄ aſcēdit de deſerto ] .i. de priori ex
cecatiōe [ deliciis ] ſpūalibus [ affluens ] . [ Innixa ſup̱ dilectū
ſuū ] ſibi nāqꝫ ſoli innititur. cui tanta familiaritate cōiungit̄
et a quo in omni tribulatōe fulcitur / et per quē gratia oīs li
beralitter diſtribuitur ꝛc̄. ¶ Tertia pars.
ſ Vb arbore malo ] hec eſt vox ſpōſi eccīe de gētibus re-
ſpōdētis: et inducētis eā vt ipſa iudee penitēti congau
deat: et beneficii ſibi facti recordetur. Ideo dicit [ Sub ar-
bore malo ] Quaſi diceret. Tu admiraris de hoc ꝙ ſynago-
ga aſcēdit ꝛc. ſed noli admirari. immo potius cōgaudere ve
lis et de beneficiis recordari. quia [ ſub arbore ꝛc. ] ¶ Vbi ſci
endū ꝙ malus ē arbor p̱ quā xp̄s cōueniēter intelligitur: p-
pter cauſas ſuperius dictas. huic igitur arbori ſubiecta fuit
eccīa. et ideo de morte ad vitā rediit. et hoc ē qḋ dicitur [ ſub
arbore ꝛc. ] Vel [ ſub arbore ꝛc. ] id ē ſub vmbra ligni vite. qḋ
eſt xp̄s [ ſuſcitaui te ] . [ Ibi corrupta ē mater tua ] id eſt ſyna-
goga. Et hoc tripliciter ſeu triplici corruptione. Primo cor-
ruptiōe mortis ſpiritualis . q2 nō regenerabatur ſacro bap-
tiſmi fōte. per quē vita ſpūalis ꝯfertur. Scḋo corruptōe tho
ri matrimonialis. q̄a relicto xp̄o vero ſpōſo / dyabolū adul-
terū petiit. Tertio corruptōe inuidie viſceralis. Inuidia eni
eſt corruptio viſceralis. q2 putredo oſſiū inuidia . ꝓuer. xv.
hac aūt corruptione corrupta fuit ſynagoga: qn̄ barrabā la
tronē dimiſit: et p̱ īuidiā xp̄m īnocētē occidit [ ibi violata eſt
genitrix tua ] .i. lex vel ſynagoga. et hoc exteriori pſecutiōe.
ſcilicet ſub tyto et veſpaſiano. ¶ hic eſt notādū: ꝙ ex hoc lo
co volūt q̄dā ꝙ lignū vetitū (in quo peccauerūt adā ꝛ eua ſi
cut q̄dā libri apocriphi hn̄t) ſit malus iſta. ꝛ ſm̄ hoc littera le
geret̄ ſic. O tota eccīa [ ſuſcitaui te ] exn̄tē [ ſub arbore malo ]

id eſt ſub ligno vetito.ubi primi parentes mortis ſententiã
incurrerũt. Et [ ibi ] ſcilicet ſub eadẽ arbore [ corrupta eſt ma-
ter tua ] ſcilicet humana natura [ ibi violata ẽ genitrix tua ]
id eſt Eua. O igitur eccleſia quia hec omnia tibi facta ſunt ꝑ
gratiam.noli admirari:ſi ſynagoga aſcendat ⁊c̃ [ Sed pone
me ut ſignaculũ ſuper cor tuum ] quaſi dicat ſponſus. Quia
igitur ad tantã prouecta es gratiã:ideo [ pone me ut ſignacu
lũ ] id eſt ut memoriale vel ſigillũ quo ſecreta claudũtur. Vel
ſicut vexillũ quod eſt ſignũ triũphi [ ſuper cor tuũ ] id eſt ſup
omnẽ amorẽ et intentionẽ cordis tui [ ut ſignaculũ ſupra bra
chiũ tuum ] id eſt ſuper omnes actus tuos et oĩa opera tua/
ſcilicet ut in omibus mei memoria in te ſemꝑ vigeat.ut pul
chritudinis mee ſimilitudo in te ſemper luceat. ut mei amo
ris caracter te ab omni alieno diſcernat:ut ĩ caſtro tuo vexil
lum meũ ſemper aduerſariũ proſternat. Et cauſã quare hoc
facere debeat:ſubdit.cum dicit [ Fortis eſt vt mors dilectio ]
quam habeo et habui ad te.per quã aĩa mea a corpore eſt ſe-
parata:quã nichil auertere potuit.ĩmo morte fortior. quia
ipm̃ actorem vite quodãmodo ſuꝑauit [ dura ſicut infernus
emulatio ] id eſt amoris executio:que me ad infernũ deſcen-
dere fecit.et ideo dura ſicut infernus.quia nulli pene parce-
re fecit:ſicut infernus nulli parcit [ Lampades eius ] ſcilicet
amoris ſeu dilectionis/id eſt corda fideliũ ⁊c̃. Vide gloſã.eſt
igiť magna virtus caritatis.et ideo [ ſi dederit homo omnẽ
ſubſtantiã domus ſue ] id eſt ſi reliquerit oĩa pro amore iſto
gratuito habẽdo [ quaſi nichil deſpiciet eam ] id eſt quicquid
dederit uel reliquerit:quaſi nichil reputabit ſcd̃m gloſã. Vel
aliter [ ſi homo ] id eſt xp̃us [ dederit omnẽ ſubſtantiã domus
ſue ] ſicut de facto fecit [ pro dilectione ] id eſt ſi ſibi impendať
dilectio [ q̃ſi nichil deſpiciet eã ] id ẽ pure gratis dabit:ſine cõ
mutatione congrua vel cõdigna. ¶ Quarta pars.

ſ Oror noſtra ] hec eſt vox ſponſi ad ſynagogã/et loqui-
tur de eccleſia de gentibus adhuc nouella [ Soror no-

ſtra ]per naturã et gratiam[ paruula eſt ]paucitate populo=
rũ et infirmitate conuerſoꝝ[ et vbera non habet ]id eſt docto
res et conſolatores[ Quid faciemus ſorori noſtre in die: ]id
eſt in toto tempore vite huius[ quando alloquenda eſt ]id eſt
paſcenda et nutrienda ſpiritualibus documẽtis et allocutio
nibus ſacris ad incrementũ prouehenda.

¶Quinta pars.

ſ Si murus eſt ]hec eſt vox ſponſi ſibimet reſpondentis.
Vnde ſynagoge tacenti et expectanti quid ipſe ſponſus
facere velit: ipſemet aperit dicens[ Si murus eſt ] id eſt
ſi in eccleſia ſit aliquis aptus ut ſit murus contra hereticos
[ edificemus ſuper eũ propugnacula argentea ].i. inuincibi=
les ſententias: diuino eloquio lucidas. Sunt enĩ in ſcriptu=
ris propugnacula in triplici differẽtia. Primo nãq; ſunt que
dã terrea/ ſcilicet ſciẽtie phiſice et naturales. Secũdo quedã
lignea/ ſcilicet ſcientie practice id eſt morales. Tertio quedã
argentea. ſ. ſcientie diuine et ſpirituales[ Si oſtiũ eſt ]id eſt ſi
in eccleſia ſit aliquis aptus vt ſit oſtium ad introducendũ in
viam ſalutis fideles et catholicos[ cõpingamus illud tabu=
lis cedrinis ]id eſt ornemus eũ virtutibus et exemplis bonis
ut ſit in eo pulchritudo vite/ et odor bone fame: qui vitia fu
gat ꝛc. Vide gloſam.

¶Sexta pars.

e Ego murus ]hec eſt vox eccleſie reſpondẽtis ad id quod
ſupra ſponſus dixerat: ꝙ vellet edificare ſi murus eſſet
quaſi diceret. Tu dixiſti[ ſi murus eſt edificemus ] et ego ſũ
murus ſuper te petra fundatus. ex lapidibus caritatis edi=
ficatus/ et ex glutino dilectionis cõpactus[ et vbera mea ]id
eſt apoſtoli/ doctores et p̄lati[ ſicut turris ]exponat̃ ut ſupra
quarto capitulo. et quaſi diceret. qꝺ talis ſum: nõ ex me ha=
beo: ſed ex gratuito dei dono. ideo dicit[ ex quo facta ſũ corã
eo quaſi pacẽ reperiens ]id eſt poſtꝙ ego cõuerſa ſum coram
eo. et ipſe michi ſue pacis donũ ꝑ verbũ recõciliationis largi
tus eſt. iuxta illud. Gloria in excel. ꝛc. Sed forte qꝛ aliquis di

ceret. Ad quid es tu murus/et vbera tua turris? et ipſa re-
ſpondet: ꝙ hoc eſt et fuit ad pacifice protegendã vineã paci-
fici xp̄i. ideo ſubdit [ Vinea fuit ] .ſ. tota eccl̃ia [ pacifico ] xp̄o:
quam ipſe acquiſiuit in ea pace quã eccl̃ia reperit corã eo [ q̃ ]
pax [ habet populos ] ſcilicet iudeoꝝ et gentium: in vno ritu
collectos [ tradidit eum cuſtodibus ] id eſt prelatis .ſ. cuſtodi-
endã et colendã [ vir ] id eſt quilibet vere virtuoſus [ affert ꝓ
fructu eius mille argenteos ] id eſt vniuerſitatẽ tp̃aliũ ſuorũ
[ affert pro fructu eius ] id eſt pro fructu eterne beatitudinis
ſcd̃m gloſam. ¶ Septima pars.

V Inea mea ] hec eſt vox ſponſi: curã quam habet ad vi-
neã ſuam oſtendentis. Quaſi dicat. Non do obliuioni
vineã meã. quia [ Vinea mea coram te eſt ] . [ mille tui pacifi
ci ] ſcilicet illi qui filii dei vocabũtur. Mathei. v. qui ſũt [ mil
le ] quia habẽtes perfectionẽ millenarii/id eſt eterne beatitu
dinis/vel completã decalogi ꝑfectionẽ [ et ducenti ] quia eis
duplex fructus ſeu duplex merces debetur. ſcilicet gaudium
eſſentiale et accidẽtale/vel viſio et fruitio [ his qui cuſtodiũt
fructus eius ] id eſt veris doctoribus et prelatis qui cuſtodiũt
fructus vinee domini. Et conſtrue [ mille et ducenti ] ſũt [ de
his ] id eſt de numero ] et cetera. ¶ Quia igitur tantus eſt
fructus predicte vinee: ideo ſubdit ſponſus [ que habitas in
ortis ] quaſi diceret. O ſpouſa mea [ que habitas in ortis ] id
eſt in cultura ſpiritualiũ fructuũ: q̃ prius habitabas in cam
pis ſilue [ amici auſcultãt te ] id eſt angeli quos adiutores ti-
bi dedi. et ſpũs iuſtoꝝ: qui iam cũ deo ſunt/et pro fratribus
orant [ auſcultant te ] id eſt orationes tuas audiũt/et deo por
rigũt: vt predictũ fructum cõſequi valeas. Igitur [ fac me au
dire vocem tuã ] id eſt ita age vitã. ut quicquid voce vel ope
oraueris: a me dignũ ſit exaudiri. vide glo. ¶ Octaua ꝑs

F Uge dilecte mi ] hec eſt vox ſpõſe ad p̄dicta reſpõdẽtis.
Vñ q2 ſponſus dixerat [ fac me audire ⁊c ] in quo ſpõſus
notabat ſe ſponſã ſuã querere. ideo reſpondet eccl̃ia: innuendo

ꝙ cõuenientius eſt ipſam ſponſum querere: ꝙ queri ab eo. Unde dicit [ fuge dilecte mi ſuper montes aromatũ ] id eſt inter ſanctos et angelos: ut ibi inſequaris ⁊c. Uide gloſam.

Expoſitio magiſtri Petri de Allyaco ſuper Cantica finit feliciter. Exaratum eſt autẽ hoc opuſculũ ꝑ Antoniũ Capllaut. Anno M.cccc.lxxxiii. die uero ſedecima Septembris.

BIBLIOTECA MARÉS

Bau
DIPUTACIÓ DE BARCELONA
Biblioteca de Catalunya
Reg. 478.569
Sig.
Mar 4-8º
BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001961193